

tes Romani, quibus fors obtigisset, trabati, & cum hastis A militariibus, praecedere eum, inter lictores, apparitorefque. Tempore quoque suspecti periculi appropinquante, folliciorum indices, porticum, in quibus paciarum confueat, parietes Phenigie lapide distinxit: e cuius splendore per imagines quicquid a tergo fieret provideret. Et nec nisi secretis, atque solis ple- raeque custodias, receptis quidem in manu catenis, audiebat, utque domesticis persuaderet, ne bono quidem exemplo au- dendam esse patroni necem: Epaphroditum a libellis capitali pena condemnavit, quod post destitutionem Nero in ad- piscenda morte manu ejus adiutus existimabatur. Suet.

Armorum adeptio.

DIONYSIUS major, cum arma civibus eripisset, quo tem- pore adversus hostes periculum erat subeundum, cum eos ad centum stadia ex urbe produxisset, arma iis reddidit. Post pugnam, antequam in urbem revertentur, & portas aperiret, rursus eos deponere arma iussit. Polyanus l. 5.

Exploratione, Excussione, Præstatione.

Mos est apud Tartaros, ut legati antequam eorum Imperato- ri commissa proponant, inter duos ignes ire cogantur, ea potissimum causa, ut si venenum portaverint pro intoxicando Principe, ardore ignis in portatorum necem prius dissolvatur. Noluntque aliter eosdem legatos audire, nisi munera ferant, flexisque genibus commissa loquantur, cæteraque cœcilibus debita homini mortali impendant: & hæc facere recusantes, vix sine vice periculo dimituntur. Vincentius in Speculo hi- storiarum, lib. 31. c. 21.

Munitio, Defensio.

ARTEMON (quem Heracles Ponticus celebravit, Ana- creontis poeta testimonio) claudus fuit, & adeo timidus, ut domi plurimum vixerit, duobus servis supra caput æreum scutu- tum tenentibus, ne quid superne caderet. In aperto lectica non nisi adoperta, eaque humili, metu ruina vehebatur; qui mos Periphoreti cognomen illi dedit. Plut. in Pericle.

HASDRUBAL Carthagenis dux, aliquando in Panoplia purpura marina indutus, cum Gulussa Numidarum rege con- gressurus, decem gladiatoribus comitatus advenit, & ad xx. pedes ab eo recessit, fossa, & vallo obiecto: regieque innuit, ut propius accederet, quod alter alterum audire possent. Ceterum Gulussa homo simplex, more Numidico, solus accessit, roga- vitque, Quemnam timens armatus adesset? illo respondente, Romanos; non igitur, inquit Gulussa, te in urbem consulisses, nulla urgente necessitate. Suidas.

MASINISSA Rex Numidarum, pop. Rom. amicissimus, pa- rum fidei in peccatoribus hominum reponens, salutem suam cus- todia canum vallavit. Quò tam latè patens imperium, quò tantus liberorum numerus? quò denique tam acta benevolen- tia restricta Romana amicitia? si ad hæc tuenda nihil canino laratu, ac mortu valentius duxit. Val. l. 9. c. 14.

Lupovicus XI. Gallorum rex, non satis duens, quadrin- gentos milites in armis ad palatium custodiam semper habere, voluit in eo numero ducentos esse Scotos: plus fidei in his, quam in Gallis reponens. Præterea imam fossa partem, qua circumseptus erat arx Taronenfis, ferreis spiculis totam com- plevit. Latera fossæ raris ferreis acutissimis circumsepit, quæ frequenter lima acui jubebat. Fulg. l. 10. c. 14.

Post Novariensem obsidionem Carolus VIII. legatos misit ad Ludovicum Sforciam principem Mediolanensem, ut se- cum in colloquium veniret: Ludovicus sive insidiarum metu, sive ambitione, quasi nequaquam inferior ipso rege eò adduci vellet, petebat, ut is congressus in cuspiam fluminis me- dio fieret: ubi pons aut navibus, aut alia ex materia ita factus esset, ut inter utrumque ligneum vallum firmum, ac robustum intercederet: quomodo Gallia, atque Anglia reges, alique principes occidentales in colloquium aliquando descendunt. Id rex, quasi sua indignum persona, recusavit. Guicciardinus lib. 2.

Corporis cura.

COMMODUS Imperator, cum tonsori nulli fidem haberet, visibiis barbam, comamque candenti carbone adurebat. He- roldianus.

India, Abstinencia.

CAROLUS VII. Gallorum rex, cum a filio Ludovico, qui Delphini dignitatem obtinebat, venenum verteretur: sex dies

continuos omni cibo abstinuit. Et cum postea medici, atque is, cui Christiano more crimina sua facebatur, eum monerent, E- si ita pergeret, vitam animamque simul amissurum: cum exte- riatis viribus transmutare per fauces nihil posset, inedia mor- tuus est. Fulg. l. 9. c. 14.

Occultatione, Latebris.

CLEARCHUS Ponticustyrannus, quieturus abdebat se ser- pentis more in arcam. Aristodemus Argivorum tyrannus in cenaculum, quod scalam habebat pensilem; supra quam le- ctulum locaverat, in qua dormiebat cum amica: cuius mater scalam infra retrahebat, inde diluculo iterum apponebat. Plut. ad principem indoctum.

C. JULIUS CÆSAR lege agraria promulgata, obnuncian- tem collegam M. Bibulum armis foro expulit, ac postero die in Senatu conquestum, nec quoquam reperto, qui super tali con- sternatione referret, aut censeat aliquid auderet, in eam cogit desperationem, ut quoad potest abiret, domo abditus nihil aliud quam per edicta obnunciaret. Unus ex eo tempore om- nian in Republica, & ad arbitrium admistravit: ut nonnulli urbanorum, cum quid per jocum testandi gratia signarent, R- non Cæsare, & Bibulo, sed Julio, & Cæsare Cos. adfirmen- berent, bis eundem præponentes, nomine, atque cognomi- ne: utque vulgò mox ferrentur hi versus.

Non Bibulo quicquam nuper, sed Cæsare factum est: Nam Bibulo fieri consule nil memini. Suetonius.

Fuga.

Civitas Mediolanensis principes veriti, ne diriperentur à Ludovici XII. regis Gallia exercitu, simul quòd novis rebus studebant, aggressi homines in oppidum abduxerunt, seseque munierunt. Quibus rebus cognitis, Ludovicus Sforcia, dux incitata plebis studia, omniumque planè hominum in se in- vidiam pertimescens, liberos, & concubinam (nam uxor Beatrix mortem obierat) & Ascanium Cardinalem fratrem, & alioque oppido e ductos Comum misit. Sicque suis rebus di- fidens, causam deditionis oppidanis fecit. Bembus lib. 4. His- tor. Ven.

Abnegatione.

ABRAHAM, metu mortis uxorem Saram Pharaoni regi permi- sit, uxorem suam esse negans, sed fororem. Genes. 12. Discipuli Jesu Christi. Salvatoris nostri, cum vidissent Do- minum in horto capi, & ligari, relicto eo fugerunt omnes: Ma- xime verò Petrus apostolus, qui tam fortiter prima, aut altera hora noctis pro suo steterat rege, mox capum, terante galli- cinium negavit, Judæorum sævitiam veritus. Verum non Barjona, quem tam ardentè defenderat, negavit, sed Barjona humanitas: corpus Judæos timuit, amentia ex metu or- ta ter locuta est, non mens, quæ à proposito averti non po- tuit. Sab. l. 4. c. 7. ex Matth. 26.

Superstitione.

THEAGENES fuit adeo superstitiosè timidus, ut domi habe- ret Hecates simulacrum, nec usquam pedem moveret, nisi illo consulto.

ALEXANDER MAGNUS, postquam Babylonem venit, ob- scuris quibusdam mortis indicis terretus, diis diffidete, amicos habere suspectos cepit: tantaque superstitione obstrictus est tumulante, & trepidante animo præditus, ut nulla res in- solita, & aliena tam oblata exigua sit, quam non veteret in prodigium, & ostentum: sacrificantium denique expiantium, & vaticinantium erat regia referta. Adde res est horrenda in- credulitas; & contemptio deorum, horrenda item superstitio, quæ aquæ modo vergit ad demissa, impletque absurdas opi- nionibus, & metu mortales. Plutarchus in Alexandro.

Supplicio injusto.

AUGUSTUS CÆSAR, in Triumviratus potestate Pinarium e- quitem Rom. cum concionante se, admissa turba paganorum (hoc est, non militantium, licet urbani essent) apud milites subscribere quadam animadvertisset: curiosum, ac speculato- rem ratus, coram se confodi imperavit. Et Tedium Afrum Cos. designatum, quia factum quoddam suum maligno sermo- ne carpsisset, tantis perterritis minis, ut is se præcipitaverit. Et Quintum Gallum Prætozem, in officio salutaris, tabellas du- plices veste testas tenentem, suspicatus gladium occultare, nec quicquam statim, ne aliud inveniretur, ausus inquirere, pau- lo post per centuriones militum raptum è tribunali, servilem in mo-

in modum torfit: ac fatentem nihil, iussit occidi, prius oculis A ejus sua manu effossis: quem tamen scribit colloquio petito insidiarum sibi, conjectumque à se in custodiam deinde urbe interdita dimissum, naufragio, vel latronum insidiis periisse. Suetonius.

Famæ Calumniatione nimium declinare.

PAÆS Atheniensis, patre patris Lesbi insula imperio cum domum rediisset, rationem in senatu omnium rerum red- didit, quæ eo bello administraverat: atque eo ipso tempore, gladio, quo cinctus erat, ut adversariorum calumnias vita- ret, seipsum trajecit. Plut. in Nicia.

NICIAS Atheniensis, vir optimus, in agro Lauriotico ar- gentifodinas tenebat fructuosas, ac cum non pauci sectarentur eum, non secus improbis ob metum, quam probis ob virtu- tem largiebatur. Cum ita timeret sibi à calumniatoribus, apud neminem civem cœnabat, nec confabulationibus, non con- versationibus ad tempus fallendum dabat fe, nec omnino ejuscemodi vacabat oblectamentis, sed archon hærebatur noctem usque in prætorio: curiam primus ingrediebatur, B novissimus egrediebatur. Nihil se habere in publico negotiis, diffidit aditus ad eum erat, & conveniendi copia: domo au- tem inclusis defidebat. Amici alloquebantur eos, qui ad fo- res ventitabant precabanturque, verum ut darent, quòd di- stentus etiam tum Nicias esset publicis negotiis, curisque. Plut. in Nicia.

HOSTES INDECORE DECLINARE.

Declinantur hostes fuga, si propulsari nequeant. Pro- inde hic Bellica Fuga locum habet, quatenus turpiter de- clinat. Quatenus verò non propulsat, sic ad Timiditatem in propulsando pertinet. Consule locum Affiduum, quatenus Timoris inbellis exempla continet.

Præsentis hostes, vel Avertendo.

MESSA, Moabitarum rex, à Joram Israelitarum, & Josa- phat Judæorum regibus in urbe Haraethi obfessus, tentata prius incassum per noctem fuga, in urbis muris, spectantibus C hostibus, diis suis majorem natu filium immolavit: fretus, hoc sacrificio hostium manus fe evasurum, quemadmodum à ma- gis ei promissum fuerat. Id quod etiam ei successit, soluta ab hostibus, tam crudeli desperatione terretis, obsidione. 4. Reg. 3.

Fugiendo.

SENNACHERIB Assyriæ rex, Hierosolymitanam obsidionem solvere coactus (cum una nocte ex illius exercitu 185 millia angelus Domini occidisset) cum reliquis exercitus Niniven fugit. 4. Reg. 19.

DARIUS rex Persarum, cum Scythis bellum intulisset, tan- dem turpi fuga sibi consulere coactus est. Quòd nisi Jones, qui pontum ex navibus factum in Istro fluvio custodiebat, fidem servassent, actum fuisset de Darii exercitu. Cum ad Istrum per- venisset Darius, & pontem solutum invenisset, nam de indu- stria Jones pontem solverat, ut Scythæ abituos existimarent animo planè concidit, donec magno clamore ab Jonibus exauditus est, qui pontem statim refecerunt. Herodot. l. 4.

D XERXES Persarum rex, multis myriadibus Græciam infe- stans ter à Græcis turpissimè victus est. Ipse metu ne in Euro- pa caperetur Asia, hoc effluderetur, præcipiti fuga per Hellepontum in Asiam contendit. Plut. in Themistocle.

Exercitu Persarum ad Plateas profugato, atque in diversa per fugam dissipato, Græci patier, quacunq; fugientem viderunt hostem, divisim in partes totidem copiis, insediari properarunt. Atheniensium, Plataænsium, ac simul The- spiensium acies, eos, qui Thebas profugerant, persequun- tur: Corinthii, Sicyonii, Philistiaque, nonnulli præterea a- lii es premebant copias, quæ cum Artabazo fugiebant ad xl. millia, Lacedæmonii cum reliquo exercitu vallum, & muni- tionibus adorti expugnarunt. Diodes. l. 11.

ARTABAZUS Pharmaciæ F. præfectus 40. millibus Persarum sub Mardonio, cum sibi non placerent ea, quæ à Mardonio fiebant, post victum ad Plateas Mardonium, cum suis omni- bus ad Hellepontum profugit. Herod. l. 9.

In eo bello, quod Mitylenæ cum Atheniensibus gesserunt

Alceus poeta, vincencibus Atheniensibus, ipse quidem fugæ se mandans evasit: sed armis ejus potius sunt Atheniensis, quæ apud templum Minervæ in Sigæo suspenduntur. Hanc rem Alceus carminibus mandans, in Mitylenem reposuit, indicans Menalippo fodali suam calamitatem. Herod. l. 5.

DEMONSTHENT probro datum est ab inimicis, quò in eo pre- lio, quo Philippus Macedonum rex Atheniensis apud Chæ- roneam vicit, clypeo abjecto fugerit: nec inscriptionum au- reas, sicuti dicitur, Bona fortuna. Eaque causa p. J. xami ignomi- niofo cognomine vocatus est. Verum id probri Demonsthe- nes, homo non admodum verecundus, proverbiali, notissi- moque versiculo legitur eludere solitus.

Aut è quibus p. J. xami p. J. xami. Plut. in ejus vita.

Atheniensis quidem longè ante signa proventus, mox timore percussus occurrentis sibi hostis, retrò ad ordinem suum recep- pit se: ibi, Non te pudet, inquit Phocion dux, adolefcens, duos deseruisse ordines: & quo positus à duce fueras, & ite- rum, ubi temet collocasti ipse? Plut. in Phocione.

In pugna ad Salaminem contra Persas, ferunt, Adimantum Corinthiorum ducem, statim in initia concursus navium per- territum, sublati velis fugæ se dedisse: Corinthiosque inspecta F fuga navis imperatorie itidem abiisse. Cum fugiendo venis- sent ad templum Minervæ Scitradis, quæ est in Salamine, oc- currisse eis celocem divina cum pompa: quem quinquam misis- set, cum non constaret, scirentque neminem suæ classis ad ip- sos misisse, eos ob id conjectasse rem divinam esse: & illos, qui in celoce erant, ubi propiores fuerunt, ita locutos fuisse: Adimante, tu quidem convertis in fugam navibus discedere vis Græcorum proditor: at illi quantum votis conceperunt, victores hostium evadent. Et cum his verbis fidem non habe- ret Adimantus, hæc iterum dixisse: ipsos posse pro obidi- bus ductos mortem obire, nisi constaret, Græcos esse victores. Ita conversa navi, Adimantum cum cæteris ad classem suorum, re jam ab aliis navata, venisse. Hic de illis apud Atheniensis rumor extitit. At Corinthii fe inter primos pugnatore extitisse affirmant, pro quibus testimonium dicit reliqua Græcia. Herod. l. 8.

Victus ab Alexandro ad Istrum rex Persarum Darius, cum propter cadaveta cælorum, haud facile curram flectere, & pervadere valeret, amissis cxx. m. hominum: curru, armisque relictis, equum, ut ferunt, recens enixam concidens, ef- fudit in fugam. Plut. in Alexandro.

PERSEO regi Macedonum, cum cum L. Paulus Æmiliius per- sequeretur, inopinato hostium ingressu terror injectus est, ut velut sibi minis constare cepisset, pecuniam in mare mergi iussit, ne periret, classemque incendio absumi, ne ab ho- ste incenderetur. Sab. l. 8. c. 5.

TIGRANES Armenius potentissimus Asia rex, contra Lu- cullum Romanum (quem ob militum paucitatem contempse- rat) pugnans: etsi militum multitudine longè præstaret, at- tamen turpiter fugam adortnavit, diadema abiecit, ne agnitus ve- niret in hostium manus. Dion. Nicaeus, & Xiphil. in Pompejo.

C. JULIUS CÆSAR Pharmacem Ponti regem primo adven- tu suo fugavit, & incredibili celeritate castra hostium cepit. Quo contigit, ut hostibus primo congressu fugatis exclama- rit: Hi sunt, qui te magnum fecere, Pompei, & ad senatum scribens his verbis victoriæ celeritatem significavit, Veni, Vi- di, Vici. Sab. l. 7. Enneadis 6.

HORATIUS Pompejo Varo commilitoni suo gratulatur, qui cum M. Bruti, & Cassii partes secutus fuisset, apud Phi- lippos suo exercitu, evaserit secum, non sine Mercurii num- mine: Ode 7. l. 2. sic scribens:

Tecum Philippus, & celerem fugam Sensi, relicta non bene parmula: Cum fracta virtus, & minaces Turpe solem tetigere mento. Sed me per hostes Mercurius celer Denso paventem sustulit aere: Te rursus in bellum resorbens Unda fretis tulit æstuosus.

CÆSAR in Africa contra Scipionem prælians, fugientem Aquiliferum collo dicitur corripuisse, ac convertisse, dicens: Hic hostes sunt. Plut. in Cæsare.

In Pharsalica pugna Cn. Pompejus ut equites conspexit ab altero cornu effuse fugientes, non ultra idem ille fuit, nec meminit, Magnum se Pompejum esse: verum non secus ac si deus ei mentem ademisset, vel clade divinitus immisiss- expavesceret, tacitus se recepit in prætorium: ibique sedens ex- ventum expectavit pugna, quousque omnibus in fugam con- stema.



retinatis adorirentur hostes vallum, & cum statione praelia...

Ad Actium Ambracis promontorium M. Ant. cum n. navibus...

perdituram insuper ipsum. Illa percipiens cum venire, signum...

Henricus Dandalus Venetorum dux, Constantinopolitani...

Magnentius ad Murfam Pannonie victus a Constantio...

Galerius Maximianus Cesar tertium cum Narfe Perfarum...

Rhadagaisus Scythia, ducentis millibus Gothorum...

deprehensus, & strangulatus esset in potestatem hostium...

deprehensus, & strangulatus esset in potestatem hostium...

Syvaldus Danorum rex, & Reginaldus Sueonum dux...

Britanni Guindero regnante Romanis vestigal solvere...

Edwardus II. Anglorum rex exercitum ccc. m. ex suis...

Rex Norvagiensis Magnus, cum Sueones adortus, in...

Henricus Dandalus Venetorum dux, Constantinopolitani...

Otho II. Othonis primi filius, adversus Basilium, &...

Carolus Burgundus, contra quem Fredericus III. Imp....

Sigismundi Austriae exercitui, ob non numerata stipendia...

spe, ut si flumen transire possent, in tuto sese crederent...

Verone oppugnatione frustra tentata, Venetorum dux...

Moriendo.

Cimon Atheniensibus accolis Strymonis Thracas fedi-

Bis Xanthii in Lucia parentes, liberos, & uxores ira...

Perdiccas, penes quem mortuo Alexandro Magno regiarum...

Adventantes hostes non expectando, sed fugiendo.

Circumtulit extra primos fines arma primus omnium Vexores...

Caesare Arimino capto, tanquam porta bello in omnem...

Alfonsus II. Neapolitanorum rex, ubi Carolum VIII. Galliae...

rem Pompejus copiarum numero: verum nemo eum suis...

Mauritius Imp. cum ab exercitu Phocam Imper. salutatum...

Sueonem III. Danorum regem a Canuto, & Valdemaro...

Ericus Canuti Vandalorum regis, a Magno Nicolai Danorum...

Fama de adventu, deq; successu rerum Caroli VIII. Francie...

Ladislaus Ungariae, & Boemiae rex audito Turcarum...

Alfonsus II. Neapolitanorum rex, ubi Carolum VIII. Galliae...



tatem evecto desiderium Gallorum in suis forte imminutum... Ita que conscientia stimulis agitata, cum neque dies, neque noctes animo quietem inveniret...

Capto S. Desiderio, cum Carolus V. Caesar in festis signis Lutetiam Gallici regni caput peteret, anno Sal. M.D.XLIV. tantus timor Parisienses invalit...

Carolus V. Imp. qui anno Salutis M.D.LVI. armis capto Joan. Frider. Saxone, & Philippo Landgravio Hassie, universam tenuit Germaniam...

Aldana Hispanus, Ferdinandi regis archiftrategus in Transylvania, Mahometum Bassam Budensem, ne ad Lippz oppugnationem accederet, metuens, consilium ignavissimum urbis...

His ceu cornibus apprehensam Transylvaniam facile subjugavit. In vincula coniectus, causam dixit: ita quidem, ut ignavia sola perfidiam excusare posset...

RESPECTU MODI. Exempla ex precedentibus deducantur, quatenus in iis Modus penditur. MORTE.

Cum Romani Annibale vivo nunquam sine insidiis futuros existimarent, legatos in Bithyniam miserunt, in his T. Q. Flaminius, qui a rege Prusa peterent...

Janua prospiciens, Annibali dixit plures prater consuetudinem armatos apparere. Qui imperavit ei, ut omnes fores adificii circumiret...

FUGA TURPI. Mortem declinare fuga. RESPECTU TEMPORIS.

De Quodam, qui ducebatur ad patibulum, sic scribit non nemo. Ad mortem trobitur dum quidam, superest que Par spaciun vite, par spaciunmque vie...

Decoctores.

QUI DICANTUR. EORUMQUE TURPITUDO.

Decoctores, qui assumpta hereditate inopiam redacti sunt. Græcè δεικνός, sumpto vocis etymo a coquendo, ut enim cibus coquendo minuitur...

Locus Decoctoris. Consule Locum Abilguritorum. Cicero in Catil. dicit se contemere exercitum, qui constat senibus desperatis: agresti luxuria, rusticis mediculis...

ADRIANUS Caesar, Decoctores bonorum suorum catamidari in Amphitheatro jusit, & dimitti, hoc est omnibus deridendis exponi, & subannandos. Spartianus in Adriano.

\* Decorum. DEFINITIO, & ETYMOLOGIA.

Decorum a decore, quod est elegans, pulchrum, convenienter, ornatum in rebus, locis, temporibus. Cicero in Offic. ita describit secundum Philosophos, quod naturæ est consentaneum...

EXEMPLA, ET APOPHTHEGMATA.

Cum Socrati Lyfias recitasset orationem, quam in laudem ipsius composuerat; Preclara, ait, ea est oratio: sed non convenit Socrati. Percontanti causam Lyfias, cur bonam judicaret, & tamen

tamen non convenientem? Nonne inquit, elegans potest esse amicus, aut calcicus; qui tamen alicui non conveniat? Hoc ipsum Val. Max. narrat minus Socraticæ: sic enim respondisse memorat Lyfias, Auler quoque istam. Nam si ego adduci possem, uteam, in ultima Scythiæ solitudine perorarem...

ISOCRATES, in convivio Nicocreonis Samiorum tyranni, cum à conviviis juberetur dicere: His, inquit, quibus ego valeo, nunc non est tempus: in his verò quæ hoc tempus requirit, ego non valeo. Recusavit inter pocula dicere, qui apud Iobrios de rebus seriis differere consueverat.

STRATONICUS, Ptolemæo Rege de Musica cum ipso contentiosius differente: Aliud est, inquit, & Rex scæptrum, aliud pletrum, significans, non esse regium, de Musica cum Musico disputare.

LEOTICIDAS, euidam oblicenti, quod facile mutaretur: Mutor, inquit, sed pro temporum ratione non ita vos, proprio morbo: Prudentis est, pro te nata novare consilia: at sine causa subinde alium fieri inconstantia vitium.

ARCHIDAMUS, euidam, qui vicio vertebat Hecatheo rhetoriorum clarissimo, quod adhibitus ipsorum convivio nihili dixisset: Videris, inquit, mihi nescire, quod hic, qui dicenti novit artem, etiam dicenti nocet opportunitate. In senatus in foro, in concionibus, in legationibus, aliisque reipublice negotiis locus oratori: in conviviis temulentis majore: cum laude tacet eruditus, quam loquitur. Sic perit bellatoris est, non minus licite retrocedendi artem quàm pugnandi.

PRÆDARETUS, conspecto quodam, qui natura mollis, tamen ob humanitatem laudabatur à civibus, dixit: nec viros, qui mulierum similes sint oportere laudare, nec mulieres, quæ virorum sint similes, nisi si qua mulierem urgeat necessitas. Sensit aliud dicere bonum virum, aliud bonam mulierem, ac pro muliere in virum transfigurata accepit necessitatis exultationem: in viro degenerante in mulierem, nullam recepit executionem. Ita non eadem laus decora principii est, quæ plebejo, non eadem magistratu, quæ privato.

C. PUBLIUS solitus est dicere, P. Mammium, cuius temporum hominem esse. Sentiens illum dexteritate, facilitate, que ad omnem vitæ statum esse accommodatum. Eodem sensu Pollionem a finium omnium horarum fuisse hominem legitimus. Et Tiberius Caesar duos familiaribus ab ipso dictos, omnium horarum amicos vocare solebat.

Cum in senatu, variantibus sententiis, Cato censeret perpetuam dictaturam, ut tyrannicam potentiam, è Republ. tollendam, Bibulus Pompejo inimicus, primus in Senatu rogationem tulit, ut unicuique consul Pompejus decerneretur. At enim inquit, Respubl. ab imminente procella per illum liberabitur, aut optimo parendum erit. Egregius animus, qui privatam famulatum posthabuit Reipubl. commodis. Eam sententiam Cato dixit se ab alio dictam comprobare, licet ab ipso non deberet proficisci.

Cajus Julius Cæsar, Metello obstitente, ne pecunias ab ætario tolleret, ne peccaret in leges: Non idem, inquit, armorum, ac legum tempus est. Abicere igitur, ac postea quam facta. L.B. Theat. vit. Human. Tom. II.

sta pace, arma deposuerimus, tunc, si videbitur, plebis patrum age. DIOGENES, eum vidisset somniam diis procumbentem ita curvato corpore, ut à tergo quædam apparerent, quæ nudari non deest oculis hominum, adiit illum, dicens: Non verus mulier, ne stante post tergum tuum Deo (nam illius plena sunt omnia) parum decenter te geras? Idem Alcæulo perculso forem consecraste dicitur, qui accurrens procidentes in faciem contereret, hoc figmento decerrens homines, & superstitiosum, qui credunt Deos non audituros, nisi ipsi indecore coporis gestu supplicent.

Dedecus.

\* DEFINITIO, & ETYMOLOGIA.

Dedecus, ignominia, est veluti infamia quædam, ex re turpiter gesta, probrum, turpitudine αἰσχρὴν, εὐνομία, Hecateo Kappaβ, à verbo Karaph, opprobriavit, exprobravit, convitiatus est, vituperavit. Et in voce passiva, probris affectus est. Item Kalon, contemptus, ignominia. P. 33. & Prov. 11.2. à F verbo Kalab, sprexit, ignominia afficit. Deut. 27.12.

DEDECUS CONSIDERATUM RESPECTU PATIENTIS PERSONÆ. TUM

IN GENERE. Huc Seculum obscurum. CAJUS CÆSAR, eum nulla virtutis memoria nobilitati se posse videre, fortuito saltem casu, uti sub Tiberio ruina Fidenatis theatris, seculum suum inclarefcere opabatur, per se alloqui, propter principis recordiam, ut obfuscatissimi, sic certè famosi. Suetonius.

Civitates, Republicæ obscuræ. Tyrus Phœnicia urbs, quondam insula, præalto mari septingentis passibus divisa, nunc verò Alexandri oppugnantis operibus continens, olim partu clara, urbibus gentis, Lepti, Urtica, & illa Rom. imperii æmula, terrarum orbis avida, Carthagine, etiam Gadibus extra orbem conditis. Nunc omnis ejus nobilitas in conchylio, atque purpura consistit. Circuitus XIX. M. passuum est, intra Palætyro inclusa. Oppidum XXI. I. stadia obtinet. Plin. lib. 6. c. 19.

Familia obscuræ, ignobiles. Ex Tit. Obscuro loci nati, qui clari evaserunt, huc exempla Familiarum, quarum partes ita sunt ipsi, quorum ea loci mentio fit.

IN SPECIE. IGNOMINIA AFFECTU. DOMITIENES. Claudius Consul, qui post imperavit, si, quod ferè solebat, inter comestandum obdormisceret, inducendur manus stercentis focci, ut repente expergestus faciem sibi confrica-ret. Suetonius.

CAPITULI.

Vide Tit. Carceres ignominiosæ.

Mortui cadavera contumeliosè habitata.

Titulo isto comprehendimus, qui præter morem à sua gente receptum mortuos trahebant. Cambyses Anaxidis Ægyptiorum regis corpus sepulcro erutum igni exposuit, ignominia causa, cum nec Ægyptii, nec Persæ cadavera comburere soleant. Apud Græcos hæc legitima cadaveris cura fuisse. Ergo quod uni genti ignominiosum est, H alteri honorificum existit. Mores igitur quorumlibet gentium considerandi erant, ut mortuorum contemptum, de quo in præsentia loquimur, cognoscamus.

Laniatum Cadaver ignominiosè. Bestiæ Baſtrianorum præfecti, qui Darius ad Arbela ab Alexandro victum ceperat, & interemerat, corpus concisum fundis hinc inde dissipatum est, à Darii regis confanguineis, quibus ab Alexandro vivus traditus fuit. Sab. 8. c. 4.

BONIFACII VII. Pp. corpus Romani, ut terra mandaretur, passum non fuit: sed in Lateranensi platea projectum, à quovis lanceis, nemine prohibente, confodiebatur: tandem clericorum beneficio, populari traditum scribitur sepulturæ. Antonius.

Ludibrio affectum Cadaver.

CLEOMENES postquam ab Antigono victus esset, ad Ptolemæum Ægypti regem fugiens, a Nicanore falso apud regem accusatus, in carcerem cum aliis coniectus est. Inde facta eruptione, omnes mutui vulneribus concidere. REX



verò Cleomenem mortuum pelle nudavit, & eruci affixit.

A Plus. M. GRASSO aurum à Parthis infusum mortuo, ut quo vivus pro avaritia non poterat, vel mortuus auro satiaretur. *Jos. p. 1.15. c. 13. & Sab. l. 7. En. 6.*

RUFFINI caput pilo Constantianopolim deportatum fuit, & abscissa manu dextera ad dedecus infatiabilis avaritiæ ostium stitem emendicavit. *D. Hieronymus in epitaphio Nepotiani.*

MANUEL GRÆCUS Imp. an. 1180 moriens, Alexium filium annos tredecim natum tutore Alexio Protosebasteo instituto reliquit. Alexio verò Latinos immodicis honoribus prosequente, Græci indignati, vetera contracta ob sacrorum differentiam odia incitarunt, atque Andronico Manuelis patruæ ex Ponto evocato, ipsum Alexium adorti de medio sustulerunt, atque inde sevientem animis, impetum in omnes Latinos fecerunt. Ceterum primæ injuriæ monachis, & sacerdotibus factæ Joanni subdiacono, legato pontificio, caput abscissum, atque ad contumeliam caudæ immundæ canis appensus. Mortuorum cadavera sepulcris impiè violatis per vias crudelissimè, ac fœdissimè tracta. *Ex Chronata, & Guilielmo Archiepiscopo Tyr. Sig. l. 14. regni Ital.*

JOANNES LEIDENSIS rex Anabaptistarum, cavæ ferreæ B post mortem impositus suspenditur. *Sarius in Comment.*

Objeclum feris Cadaver ignominiosè.

Quinque Reges Amorraï, qui urbem Gabaon obfederant eò quod cum Josua fœdus iniisset, à Josua profligati, & è spelunca, in quam sese abdiderant, extracti, mox in cruce sublati occidente sole in eandem speluncam insepulti fuerunt objeclti. *Josua c. 10.*

Rex Hai urbis in cruce adtus à Josua, sub occasum Solis de cruce demissus, & ad portam oppidi abiecltus est, ingenti lapidum cumulo aggesto, qui etiamnum extat. *Josua c. 8.*

DAVID Goliath gigantis Palæstini singulari certamine à se victi caput amputatum Hierosolymam intulit, corpus ejus volucris, & feris dilaniandum reliquit. *1. Reg. 17.*

ANSALON à Joab polemarcho Davidis tribus jaculis transfusus, & in vastam voraginem fuit insepultus abiecltus: conge- lo super eum ingenti faxorum cumulo. *2. Reg. 18.*

JEZABEL regina, Achab regis uxor impia, sepultura caruit, ejusque cadaver in agro Jezrael, ubi Naboth interficere curaverat, canes dilaniarunt, & tanquam stercus sub dio computruit. *4. Reg. 9.*

Legimus, ut tam Regum, quam Paralipomenon narrat historia, undecim annis regnasse in Hierusalem Joakim filium Josia, & regnasse crudeliter, & extitisse impium, & postea mortuum: nec tamen ejus sepultura narratur. Nisi quod interfectum à latronibus Chaldeorum Syria Ammonitarum, & Moabitum Hebræa narrat historia. Unde & 4. Reg. 24. mortuus scribitur, & sepultus tacetur. In libris Dierum legimus, victum catenis, & ductum in Babylonem, nec ultra quid referretur de eo. Pulchrèque propheta dicit, sepultura asini eum sepeliendum, ut aliis verbis significet insepultum, hoc est à bestiis, avibusque lacerandum. Hæc est enim asini sepultura. *Hieronym. l. 4. comm. in Hierem. c. 22. & Josephus l. 10. Antiq. c. 8.*

JASON impius, qui insepultos abiecerat multos, ipse illamentatus, & insepultus abiecltus, nec propriam, nec peregrinam habuit sepulturam. *2. Machab. 5.*

Zelotæ, Judæi seditiosi, Hierosolymis Ananum, & Jesum pontifices, qui populum ad vindicandam libertatem contra D Zelotas adortati fuerant, auxilio Idumæorum interfecerunt, & insepultos abiecerunt. Sic & Nigrum Peraitam, qui contra Rom. præclara gesserat facinora, quamvis supplicante de sepultura, eam se ei concessuros negantes, crudeliter interemerunt. Prohibebant quoque ne quis interfectos, vel lacrymis profectui auderet. *Jos. p. l. 5. c. 1. & 2. Belli Jud.*

ARISTOCRATES Arcadem rex, pecunia corruptus à Lacedæmoniis secundo bello Messenico, suis auctor fuerat, ut fugerent à Messeniis. Qua fuga Messeni proditii, omne propemodum exercitus robur amisit. Aristomenes Messeniorum dux, cum reliquis ad Lyceum montem fugit: & ab Arcadibus benignè exceptus, de occupanda noctu Sarra, Lacedæmoniis in dirigenda Eoa occupatis, consilium suum exposuit, Aristocrates in codicillis ea omnia exarata Ananum regi Spartanorum per Seryum misit. Quem revertentem cum literis Anaxandri Arcades intercepterunt, & in concione productum lapidibus obruerunt, atque insepultum extra fines abiecerunt. *Pan. in Messenicis.*

PHOCION, vir fortissimus, ab Atheniensibus in carcere cli-

cutam bibere coactus est: & decreto cautum, ut cadaver ejus extra Atticam deportaretur, neque ullus Atheniensium ejus sepeliendi causa ignem accenderet. Conopion itaque vespillo cum extra Eleusinam deperavit, & igne apud Megarenses quendam accenso cremavit. Megarica mulier (à quo ignem petierat) unâ cum ancillis adfuit, inanemque tumulum aggestit, & parentavit: ossa in sinum repositi, nocturne domum portavit, & apud focum diffodit, inquam: Apud vos, dii penetrales, has viri boni reliquias depono. Vos eas patrio busto reddetis, ubi Atheniensis respiciunt. *Plut. in Phocione.*

In aqua præcipitatum Cadaver.

TIB. GRACCHI, qti à Scipione Nasæa oppressus est, cadaver, Senatus in Tiberim præcipitari jussit, & omnium eorum, qui cum fuerant secuti. Quinetiam C. Graccho, & Q. Fulvio F. Opimii Coss. armis casis, amborum corpora, & aliorum, qui in Aventino, & in fuga cæsi sunt, ad tria millia numero, in Tiberim sunt projecta. *Sab. l. 1. En. 6.*

Exussum Cadaver per ignominiam.

Fuit apud Britannos aliquot seculis in summa veneratione D. F Thomas Cantuariensis, ejusque corpus inclum erat thesæ gemmis, & auro supra modum exornatæ. Rex autem Henricus VIII. ann. Sal. 1538. illum exemit, & reliquias corporis incidit. *Sarius in Comment.*

Sepultura prohibita.

MICHAEL PÆLEOLOGUS Cæsarem Græcum (ob restitutum suis ingens nomen à Magnum vocitatum) quod concilio Lugundensi Græcam Ecclesiam subiecltam Romæ sedi professus esset, Græci facerotes mortuum arcuata sepultura. *Amil. lib. 8.*

Refossus Cadaver ignominia causa.

JOSTAS rex Judæorum sepultura Vatun Baal in montibus posita, ondiis diruit, & ossa in aris Deorum combussit, ut eas profanaret, ex Domini præcepto. Unius tantum falsi prophete Bethel sepulcrum non diruit, quoniam cum illo humatus erat verus propheta, in nimirum, qui Jeroboam regi prædixerat fore, ut ara illa, & sacella, quæ extruxerat, à Josia rege quodam post annos 361. diruerentur. *4. Reg. 23.*

JOLAS Anipatri F. Cassandri frater, Alexandri Magni pinceræna. Cujus ossa Olympias projecisse fertur, quasi venenum Alexandro miscuisset. *Plut. in Alex.*

Cum Cylon Theagenis fecerit sui potentia, & opibus fretus ad tyrannidem aspiraret, & arcem munissimam Atheniensium occupasset: eam tamen cibariotum inopia pressam, cum fuga sibi noctu consuluisse Cylon, recuperaverit Atheniensis. Eamque ob tyrannidem, ut Cylonis memoria, atque universa posteritas penitus excinderetur, omnem Cyloniam gentem migrare jussit, & eorum, qui in Attica sepulti essent, ossa eruta extra patriam eici, proici. *Thucydides l. 1. & Plut. in Salone.*

AMASIS Ægypti regis cadaver refossus fuit, ab Cambyse Perfarum rege. Eò quod sibi petenti filiam in matrimonium, ejus loco Nitentem filiam Aprii regis à se interfecti misisset Amasis. *Herod. l. 3.*

CONSTANTINUS COPRONIMUS reliquias Sanctorum partim H terra obruit, partim demerit, partim in cineres redegit. S. Euphemie corpus alii crematum, alii fureptum, alii in mare cum loculo demersum dixerunt. *Zonaras tom. 3. Paulus Diaconus l. 22. Rerum Romanorum.*

THEODORA, seu Irene, hortatu Theodori episc. cadaver Constantini Copronymi Imp. refossus, publicè cremati jussit, & cinerem in mare jactavit: propterea quod imaginum cultum abrogasset. *Sab. En. 8. l. 8.*

CONSTANTINUS Imp. uxorem Bagrati patricii post multos annos coegit ossa ejus in monasterio Choras effodere, & afferre, & in pelagum, quod condemnati solebant, abicere. *Zonaras tom. 3. Diaconus l. 22. Rerum Rom.*

HENRICUS IV. Imp. à filio Henrico V. imperio exutus, cum vel in acie ad Coloniam captus, vel in medio belli postremi prociñtu Leodii obiisset: & Leodienis præsul, qui partibus ejus favebat, eum tumulo in monasterio quodam honorificè condidisset: Paschalis II. Pp. Leodienis ad unionem Ecclesie recipere noluit, nisi prius Henrici corpus refoderent, & abique

abique omni sepultura honore in profanum locum deponerent. Inde corpus Henrici Spiram delatum, ubi mandante Pontifice in lapideo busto extra ecclesiam ad quinquennium stetit inhumatum. *Vespargensis Vincent. l. 25. c. 117. & Crant. lib. 5. Sax. c. 24.*

Posteaquam Henricus V. Henricum IV. patrem imperio spolliavit, missis in Italiam legatis, Vigberina & Henriciana vigberis damnata est. Cadavera Shismaticorum, in primis Vigberti Ravennatis episcopi, quem Henricus IV. Papam fecerat sub nomine Clementis III. jam annis sex tumulati, prociñtur de sepulcris, & ab ipis ordinati, usque ad concilii generalis satisfactionem, & ordinationem suspenduntur. *Crantz. lib. 5. Sax. c. 21.*

KARCUNTUS ab Alphrico Eboracensi præfule, & aliis infingatus, cadaver Harald regis Anglorum effossus tumulo westmonasteriensi, capite truncari, & in piscinam proici jussit: quod piscator postea fagena sua extractum, Danis dedit, qui id Landorice in cimiterio humavit. *Malmesburienfis l. 2. c. 74. de Anglorum rebus.*

STENONIS Junioris Sueonum regis corpus jussu Christierni II. Danorum regis refossus: crura, & brachia ignibus seminata, in tereorem provincialium transmissa. *Olaus lib. 16. c. 45. Septent. hist.*

BONIFACIUS VIII. Hermani cujusdam corpus, apud Ferracientes jam viginti annis pro sancto cultum, exhumari mandavit, ac comburi: habita de ejus hæresi inquisitione. Hunc è Fraticellorum secta fuisse crediderim, quorum secta tum maxime invalerebat. *Platina.*

BRAOCIUS Perusinus Italie ducum non postremus, à Jacobo Caudola Pontificis duce ad Aquiloniam captus est. Pontifici Martinus III. cadaver exhumari, & ossa solo spargi jussit. *Anno Sal. 1424. Brazell. l. 1. Belli Hisp.*

DANTES Florentinus, poeta gravissimus, cum scripsisset opusculum de Monarchia, imperium ab Ecclesia minime dependere: ejus rei gratia tanquam hæreticus, post mortem damnatus est, cum aliorum, tum Bartoli Jurisperiti sententia, super lege prima, de inquisendis rebus.

HISMAEL Sophus Perfarum regia Taurifio occupato, sepulchrum eximii operis, quo avunculus Jacuppus more Perfarum conditus fuerat, evertit, ossibusque delectis, & abrafis tota urbe ejus titulis, quo dolore patris cædis expiaret, ac iusta profolveret parentis manibus, omnem illius memoriam abolere. Halduellen enim Hismael patrem Jacuppus interfecerat, metuens, ne sub nova religionis prætexu regno insidiaretur. *Jovius.*

JACOBI Pazzi, qui ob conjugationem contra Medices imitam loquo stranguilatus fuerat, cadaver, licet in sepulcro majorum, permisso magistratus conditum esset, ab irata tamen plebe Medicibus adducta, inde extractum, atque in agro publico ad urbis menia humatum est. Mox verò ex eo ipso loco illud plebs abduxit, atque eodem quo fuerat laqueo vivus suspensus, nudum per urbem tractum in Arnum projecit. *Brunus lib. 6. hist. Flor.*

Abque honore funeratum Cadaver.

JORAM Judæorum rex impius, cum octo annos regnasset, discessit à nullo desideratus, abque omni funeris honore, in privato loco, non in regem sepulchro tumulatus. *2. Paralip. 21.*

In pugna ad Plateas commissa contra Perfas, quicund que Græcorum mortem opteteret, omnes honore affecti sunt præter Aristodemum Spartanum, qui ideò caruit honore, quod vixus est occumbere voluisse, ut ignominiam, quam in turpi fuga ad Thermopylas contraxerat, elueret. *Herod. lib. 9.*

Onirocticorum primo scribit Artemidorus, Eorum, qui sibi met laquo gulam fregissent, nomina suppressi à domesticis in mortuorum cenis. Propterea exitium id cuidam præmonstrasse, qui nomen se famulisse somniar. *Cæli lib. 17. c. 21. Antiq. Leod.*

Cic. pro Milone. P. Clodius, inquit, sine imaginibus, sine cantu, sine ludis, sine lamentis, sine funere, sine laudationibus ambustus est abiecltus.

DOMITIANI Imp. à conjuratis occisi cadaver populari fangula per vespillones exportatum, Phyllis nutrix in suburbano villa Latina via funeravit, sed reliquis templo Flavie gentis clam intulit, cineribusque Julæ filie Titi, quam & ipsa educaverat, commisit. *Suet.*

Imperator Andronicus Michaelis Comneni Palæologi F. p. L. B. Theat. vit. Human. Tom. II.

Item Imperatoria sepultura adeò non honoravit, ut ne plebeja quidem sit dignatus: præterquam quòd jussit, ut noctu pauci quidam cadaver procul à castis abductum multa terra obruerent, id modò cavens, ne Imperatorum cadaver à feris discerperetur. In causa erit, quòd dum viveret, à recta Ecclesie doctrina descivisset, quòd factum filius, est partem adamabat, & pietate filios omnes, atque obervantia superabat, ex animo clam orerat. *Greg. l. 5.*

MATTHEUM Magnum Vicecomitem Mediolanensem à Clemente V. excommunicatum, filii secretò, ignobiliter in loco tumularunt, eclata etiam aliquandiu morte, ne cadaver in adversa fortè belli fortuna, sevi legati contumeliis esset obnoxium. Sed eo honore faciliè carere potuit, qui publico consensu illud perenne, latèque diffusum decus excelsa virtute muerat. *Jov. in vita Matthei.*

RICARDI III. regis Anglorum Richemondie Comite cadaver nudum dorso equi impositum artibus utriusque dependentibus Lecestriam sine honore delatum fuit. *Polyd. lib. 5.*

JANUS Pannonius Quinqueeclesiensis episcopus sepulturae honore caruit, quòd cum Strigoniensi archiepiscopo contra Mattiam Corvinum Ungariæ regem conjurasset, *Bonfin. lib. 3. Dec. 4.*

Taræ tumulatum Cadaver.

ALEXANDER Philippi, & Olympiadis filius, cum Babylone animam egisset, dum ejus præfeti de regno contenderent, triginta diebus inhumatus, carensque sepulcro relictus fuit: donec Aristander Telmisensis vates in medios Macedones intruit, & ad eos locutus: Omnes, inquit, omnium seculorum reges Alexandrum felicitate superasse, tam vivum, quam mortuum. Etenim deos immortales sibi notum fecisse, in quacunque terra requiem ipsius corpus primum esset habiturum, eam felicitate abundantem, & ab omni hostili vastatione in perpetuum liberam fore. Hæc cum audivissent, pro se quisque summo studio, diligentiaque annitebantur, ut in suum regnum singuli transferrent, & thesaurum possiderent, quasi obfidem firmitudinis imperii, & immobilitatis. Ptolemæus corpus ejus maxima festinatione Alexandriam deportavit. Sed quia Perdicas persequi conabatur, impetum ejus astu elusit. Etenim factò simulacro, Alexandri eligem referente, veste regia exornavit, & epitaphiis honorificentissimis. Deinde in Pericum currum impositum, feretrum ejus magnificè auro, argento, & chore instruxit. At verò Alexandri corpus apparatu tenui, & ut præsens res ferebat, præmissit per vias occultas, & in vias. Perdicas cum deprehendisset simulacrum mortui, instructumque currum, omisit persecutionem, ratus se jam in manibus habere id, de quo certatum esset. At ferò rescivit veritatem, cognovisse se fallacis circumventionem esse, cum jam amplius persequendi facultas non daretur. *Ælian. lib. 12. de Var. hist.*

GULIEL. Normanni, Angliæ regis, bellis invicti, corpori sepultura interdicitum fuit. Templum extruxerat aliena in area, nec perfolverat precium domino, qui tunc egens, pompam funebrem, cetumque procerum nihil veritus, in mediam profectum regium funus celebratam, mirantibus cunctis, satine sanus esset, se intulit, ita clamitans. Qui regna oppreflit armis, me quoque metu mortis hæctenus oppreflit. Ego injuriæ superstes, pacem mortuo non dabo. In quem effertis istum hominem locum, meus est. In alienum solum inferendum mortui jus nemini esse defendo. Sin extincto tandem indignitatis auctore, vivit adhuc vis: Rollone contentorem, partentemque gentis appello, qui legibus ab se datis quam cujusquam injuria plus unus potest, polletque. Simul incendium, incertum fortè, an fraude humana ortum, latè domos propinquas, ædesque sacras depascit. Undique ad extinguendum favientem flammam concursus fit, circa regium cadaver solitudo facta. Velut manifesta numinis ira terribis Henricus Regis mortui filius, qui solus procerum divelli à feretro non poterat, rem præfenti pecunia fundi domino luit. Ita manes patris fraude noxæque liberi pietas Henrici, qui minimus natu, filiorum solus funeri patris officium præstitit, superis cordi fuit. Infelici enim fratrum fato superstes, annos quinque & triginta in Anglia regnavit, proleque ejus filia per multa deinceps secula eo solo sedit. *Emil. 3.*

LEONIS X. studio Henricus VIII. Britannie rex contra Ludovicum XII. bellum gerebat. In gratiam Galli, Jacobus Scottorum rex Angliam in vasit, & ad Lylum cæsus est an. 1513. Cadaver ejus Bervicum delatum, diu sepultura caruit: nam ab



Anglis, quod Gallis, schismaticisque favisset, sancto funeris, A sepulchro honore, & Christianis caeremoniis indignus putabatur, adnotabant plerique repetita superiorum regum memoria, Jacobum infelicis potius Suardae familie fato, quam suo occidisse: quod pater, avus, & proavus eodem potiri regno, atque idem sortiri nomen, ante idem ferro petempti mortem oppetissent, oppetisse. Sab. supplem. l. i. Jovio.

Joas Judaeorum rex, propter idololatram a duobus amicissimis in lecto confossus, neque in regum sepulchro sepultus fuit. 2. Paralip. 24.

Penam prophetam, qui panem contra divinum mandatum in domo mali propheta comederat, fuit, quod non fuit sepultus in sepulchro. 2. Reg. 13.

Apud Graecos lege cautum erat, ut qui patrimonium prodegerat, sepulchro patrio non humaretur, sed externo. Alex. ab Alex. l. 6. c. 14.

Augustus Caesar testamento cavuit, ne Juliae dux, filia, & neptis, sepulchro suo inferrentur. Suet.

Regina Scotorum, cum Fergusum III. maritum noctu suis ipsa manibus strangulasset, & mox in coetu populi suum B crimen sponte falsa, culpro, quem veste abdidit, se confodisse, sacra caruit sepultura. H. Boetius l. 6.

Braccii Perusini ducis fortissimi corpus Romam delatum in prophanum est sepulchrum extra muros urbis ad Laurentii fanum, Sab. l. i. Ennead. 10.

OPERTUS FOISTEUS Lotrechus, Galliarum regis Francisci I. in oppugnando Carolo V. Caesare exercitus Imp. cum in Neapolitana obsidione bis incisiva vena sanguinem minuire frustra esset conatus, anno 1528. excessit de vita, & absque omni funebri pompa apparatu, in eadem villa Aragonii Montali, ubi pratorium fixerat, cumulo arenae tumulatus. Hujus cadaver Hispanus quidam impia, atque impudentis argucia, rapax, fabulo erutum, de castris in urbem retulit, & in regione, quam Sallariam vocant, recondidit subterranea in cella, ut venalitium cadaver aliquem de Gallia pietate, atque reverentia insignem emptorem reperiret, qui redemptum repenso multo auro in Gallia ad Foisseje gentis sepulchra referendum curaret. Sed nemo unquam, vel propinquorum, qui sepulchrae iacturam magni faceret, aurumque rependeret comparuit. For. lib. 26. Hist.

At ille idem in vita ejus Hispanum emptori Gallo dare recusasse ostendit.

C MONUMENTA, SEPULCRA IGNOMINIOSE Habita. Nempe per dedecus.

Dei. A. Everfa. Sic ignominie solius ratio habetur. Tit. Inhumantatis erga mortuos pesantur exempla.

LICINIUS Imperator genus suum ad Philippum Augustum referebat. Ob id in publicis monumentis nomen illius adoptavit, dictusque M. Licinius Licinianus; quoniam proavus (ut ipse dicebat) fuit M. Julius Philippus Imperator. Quinimo teste Julio Capitolino, subvertit in Perseide tumulum Gordiani, quod titulus videbatur progenitoribus lucis injuriam facere, cum se vellent videri a Philippis originem trahere. Caspianus. A. D.

Spoliata. Ex loco Avaritiae in spoliandis sepulchris, buc ea, quae ignominiam conjunctionem habent.

MEMORIA MORTUI DAMNATA.

D Borbonii Dux Carolus, in oppugnatione Romae mortuus, ann. Sal. 1527. Lutetiae damnatus fuit, a senatu, laeae majestatis devotum ejus nomen, atque memoria, revulsa insignia, publicata bona. Sententiam tulit Antonius Pratenfis, Cancellarius. Fuerat animo in regem infestissimo, & Massilianum obsessurus, quoniam id temporis Anglorum rex erat partium Caesaris, literas dabat ad Cardinalem Eboracensem, ac inter alia, nulli se labori suo, vel periculo paritutum esse demonstrabat, ut Henricum regem, in recuperando jure, quod in Galliam haberet, adjuvare posset.

DEDECUS CONSIDERATUM RESPECTU REI, SIVE MERITI. TUM Proprii. Ob Ignorantiam, Timiditatem.

CALPHURNIUS Piso consul, & Octavianus Augustus Milites, ignavus, & timidus tunicatos discinctosque, per totum diem, cum decempedis, plerumque cespitem portantes, ante pratorium stare, vel obsoleta toga, & tunica discin-

ta, nudis pedibus ante principia aedisse: vel fossam fodere discinctos cogebant. Alex. l. 2. c. 13.

Stuprum. Vide Tit. Libidinis pena. Perfidiam.

Consule Tit. Perfidiae pena, quatenus cum Ignominia jungitur.

ALIENI. HUC PERTINET Ignominia, & dedecus.

PATRIAE, OB CIVES IMPROBOS. Cum Argivi Thebanorum essent focii Atheniensium oratores in Arcadiam missi, viruperant utramque gentem: & Callistratus rhetor Orestem, & Oedipodem civitatis exprobrabat. Orestes Argivus fuit, Oedipus Thebanus. Interim surgens Epaminondas: Fatemur, inquit, apud nos fuisse, qui patri haec occidit, apud Argivos, qui matrem necavit: sed eos, qui haec patrarunt, nos ex pulmissis, Atheniensis receperunt. Tantum compendio concivium retoritur inauditores. Plut. in Gracorum apophibeg.

CIVIUM, OB PATRIAM Obscuram.

JESU CHRISTO Servatori perfidi Judaei patriam objecerunt, quod Nazareus esset: item parentes, quod fabri filius esset: illud, quia in Nazareth Galilaeae vico educatus: hoc, quia a Josepho nutritus erat. Julianus Imperator apostata cum Galilaeum, & Christianos Galilaeos nominavit, majore perfidia, an impietate, dubium.

ULYSSES natus, & educatus in Ithaca aspera, & inculta, prudentissimus tamen evasit inter rudes, & agrestes homines. Sic de eo Hom.

Quod Anacharsi in jurgio a quodam obiceretur, quod Barbarus. Et Graeci, inquit, apud Scythias barbari sunt.

CICERO Octavio, qui in Africa oriundus putabatur, cum verba se Ciceronis negare exaudire: Atqui aurem, inquit, habes perforatam. Plut. l. 2. Quasi coniviva. 1.

VALENS Imper. cum Chalcedonem oppugnaret (jam enim Procopius tyrannus Nicaeam Bithyniae civitate possederat, & alias plerasque urbes) de muris pluribus est lacessitus probris, qui cum ignominiose Sabajarum appellabant, obiectantes ei genus, quod Barbarus esset, & Pannonius. Est autem Sabaja, ex Ordeo, vel frumento in liquorem conversus pauperissimum in Illyrico potus, teste Marcellino.

GREGORIO Nazianzeno Theologo summo Ariani obiecterunt saepe, quod Mazianzi ignobili oppidulo Cappadociae prope Caesaream) patre Gregorio natus esset, tenuis fortunae homine, quique ex Hypsistatorum heresi esset (medium quid ea inter Judaeismum, & Ethnicismum habebat) quavis postea convertus, Nazianzi Episcopus factus fuerit. Ipsomet testis in oratione ad Arianos.

Diraptiam. AMYMANIUS Ocyti F. Corinthiorum dux ad Salaminem Themistocli Atheniensium duci suadenti, ut illic ad Salaminem, cum Xerxe pugnaret, inter caetera probris loco obiectit, quod patria careret, ut potest Athenis a Xerxe diraptis, & incensis. Themistocles tamen contra sibi patriam multo majorem esse, quam Corinthis afferuit: unde naves ferre ducunt armatae adessent, pro Graecorum libertate pugnatura. Herodot. lib. 8.

GENERIS, FAMILIAE. HUC MAJORES obscuro, improbi.

Consule Tit. Humilis loco orti, qui clari evaserunt. illic claritatis acquisitae, hic Obscuritatis hereditariae habetur ratio.

Judaei ex captivitate Babylonica redeuntes, duce Zorobabel, quicunque familiam, & stirpem suam ostendere non poterant, an ex Israclitibus essent, reiciebantur. Itaque orti de Berzelai Galaaditae filiabus Sacerdotes, cum suae stirpis codicem scrutati, non extarent, abdicati sunt sacerdotio, & vetiti sacrosanctis vestibus, donec extaret, qui ex Deioraculo, adhibito Aaronis monili, sciscitaretur, an illi ex factotum genere essent. 1. Esdrae 2.

L. CORN. SYLLA patricio quidem genere natus, sed humili prorsus, & pauper. Ex majoribus ejus Rufinus consulatum gessit, majore ignominia, quam honore, quoniam cum deprehensus esset argenteorum valorum supra decem libras possessisse, Senatus ejus est. Ab illo caetera progenies humilis statu vixit, &

& ipse Sylla tenui patrimonio educatus fuit. Plut. in Sylla.

M. TULLIUS, cum ob Ciceronis cognomen dideris incefereceret, ab amicis admonitus, & aliusdibi cognomen adficeret, respondit: se Ciceronis nomen illustrius effecturum, quam esset Catonum, Catulorum, aut Scaurorum. Quae familia, cum primis illustres erant apud Romanos. Cognomen autem ideo patebat cavillus, quod a cicere vilissimo legumine dictum videretur. Quasi vero non & Fabii a fabis, & Lentuli a lente cognomen habuisse videretur. Patrum illustrius est, qui prater imagines, & cognomen nihil habet nobilitatis, plurimum autem nobilitatis genus est, quam sibi quisque propriis virtutibus conciliat. Nec sefellit M. Tullius. Cic. enim nomen hodie decantatus est, quam trecenti Catuli, aut Scauri, cum suis stemmatibus, statuis, & imaginibus. Plut. in Apophb. Reg. l. 9. in Cic. Ei cum generis ignobilitas a Salustio obiceretur: Satius est, inquit, & ita vivere, ut sum posteris meis nobilitatis initium, & virtutis exemplum.

Horatius Flaccus obsecuritatem natalium suorum Lib. 1. Epistola ultima taceat: Me libertino natum patre, & in tenui re Majores penam nidos exensidisse loqueris, Ut quantum generi demas, virtutibus addas.

PARENTUM, PROPTER FILIOS IMPROBOS.

SAMUEL Propheta, Israclitarum judex, propter improbitatem filiorum suorum, improbe judicia administravit, & petenti populo Saul primum regem Judaeis dedit. 1. Reg. 8.

DAVID rex sanctissimus, est multos, nefarios tamen habuit liberos, ex diversis uxoriibus susceptos. Amnon fororem suam Thamar, morbum simulans, contultravit. Amnon ob id facinus Abalon ad convivium vocatum inter epulas obtuncavit, & triennio exulavit. Revocatus inde, contra patrem, Hebron conjuravit: eumque ab omnibus fere desertum, Dei folius numine tutum, persecutus est: cum concubinis patris Hierosolymis publice concubavit, & tandem in confectu a Jobab lancea transfixus. 2. Reg. 13. l. 1. & 18.

PELOPIDAS Thebanus filium habuit improbum. Itaque cum Epaminondas ab eo reprehenderetur calibus vita nomine, quasi male in hoc patriae consulere, illi arguit respondit: Vide vero ne tu pejus patriae consulas, qui talem ex te natum reliquistis sis. Probris in ejus vita.

STILPHON Megarensis habebat filiam partum secundae famae. Quidam igitur dicenti: Dedecore te filia: Nihil magis, inquit, ego illum dedecore, Sciens neminem alienis factis dehonestari, sed fuis quemque moribus astitmandum esse. Plut. lib. de Tranquillitate. l. 9. Laet. l. 2. c. 12.

T. SEMPRONIUS Gracchi superfluites liberi Tiberius, & Gracchus, perniciosius civis. Tiberius enim legem Agrariam turbulentissimam, invidiam patribus, contra decreta, senatus tulit: Cajus vero Tribunus plebis improbis concionibus Rempub. vexavit, actaque sua tueri voluit. Alex. l. 1. c. 19.

M. SERGIUS viri fortissimi gloriae non parum pronepos Catilina detraxit. Plin. lib. 5. c. 27.

M. AGRIPPA, ut caetera felix, at stirpe tamen infelicissimus fuit: per utraque Agrippinae, maxime, quae Cajum, & Domitium Neroneum principes genuere, totidem facies generis humani. Plin. lib. 7. c. 8.

AUGUSTUS Caes. latum, atque fidemtem, & sobole, & disciplina domus, fortuna deditur. Julius, filiam, & neptem, omnibus probris contaminatas relegavit. Cajum, & Lucium in duodeviginti mensium spatio amitte ambo: Cajo in Lycia, Lucio Massiliae defunctis. Teritium nepotem Agrippam, si mulque privignum Tiberium adoptavit in foro, lege Curia. Ex quibus Agrippam brevi, ob ingentium fordium, ac ferocia, abdicavit, sepulchrumque Surrentum. Solebat eos appellare tres Vomicas, ac tria Carcinomata: & ad omnem illorum mentionem exclamabat verbum Agamemnonis illud apud Homerum: Αἰδ' ὄραρον ἄγατος κτελεῖν, ἄγορας ἴ' ἄνω ἵστα. O utinam celeberrimam, orbis que pessimam.

Quin & testamentum cavuit, ne, si quid accidisset Juliae filiae, & nepti, sepulchro suo inferrentur. Suet.

Nullus ex omnibus, quoad id tempus imperarant, ditiores reliquit filios Severo Imp. nullus turpiores, Bassianum fratricidam, & Getam: ut fere observatum fit, fummos viros aut sine liberis mori, aut tales relinquere, ut satis fuerit filios non habere. Sab. l. 5. Enn. 7.

B. L. Theat. vir. Human. Tom. II.

Enitueren Ludovico Pio Imperatore precipue quadam animi dotes, ut Magni Caroli filium agnoscere possis, unde praeter caetera Pii cognomentum sibi advicavit. Hujus vero liberi, & avo, & patri dissimiles, nulla non infamia notari possunt: quippe qui patrem suum exutum regno, clausum tenuerint custodia: & vix frementem univerfa Gallia, & Germania liberum dimiserunt. Egan. l. 3. c. 5. & Ritus Neap. l. 1. de Reg. Franc.

HENRICUS IV. Imp. filiorum rebellionem expertus est. Conradus, cui regnum Italiae commiserat, ab eo defectus, nihil tamen contra patrem gravius molens. At Henric. V. quem imperii consortem fecerat, & armis patrem, & carcere exercuit. Cuspinianus.

FR. BUSALUS civis Romanus, duos filios mutuis vulneribus se petentes vidit, totidem ob seditionem percussos: alium qui nocentem interfecerit: filium vero, quae praesente marito venenum hauserit. Ravennus.

DEFORMES. Aparnis promontorium Lampfacci, quasi inficiale dicas: quod Venus, cum Priapum deformem Lampfacci peperisset, inficias iverit, & regionem illam Aparnida vocavit. Suidas.

CARCINI poetae Atheniensis liberos sic quidam irridit: ὄρτυρας, ἀλκυονίδας, γυλιαιγυρας, ἀρχυροῦδας. ἢ γὰρ ἰσοῦσ' ὅ τι τῆρ γὰρ ἂν τίς ταύτας ἀπὸ γῆρας. Corumices dicit, quod sint rixosi: vermas, quod in umbra nutriti, ut domesticae aviculae: γυλιαιγυρας, vel ob gracile, vel ob nullum collum: saltatores, quod patet eos in fabulis saltantes induceret, reliqua ad pumilionum brevitatem statura pertinent, praesertim stercora ovium, & caprarum: quae parva, cum sint, parva rei pars, partim ac nihil potius erit. in avoideas, quod pater eorum in fabulis machinis multas induxerit, unde a Platone Dodecamachanos, a 12. machinis est appellatus, quibus dii ascendere, aut descenderent. Fecerat item fabulam Mures: unde dicit selem noctu suspensam esse. Suid.

CICERO Voconio occurrentes secum ducenti tres insigniter deformes filias, exclamavit: Invito Apolline feminavit liberos. Plut. in Cicerone.

FILIORUM DEDECUS, PROPTER PARENTES, Obscuras, Pauperes.

Bion Borysthenites genere fuit. Cum ab illo rex Antigonus sciscitaretur: τίς πῶδ' αἱ ἀπορίων, πῶδ' τοῖ πῶδ' ἰδὲ ποταμῶν. Ede tuum nomen: patriam, genus, atque parentes. G

sciens se ab aliquo traductum fuisse apud regem, sic respondit: Pater quidem meus libertus fuit, cubito se tergens (significabat autem illum fucidiam, & lardum vendere solitum) Borysthenites genere non habens faciem, sed infacie scripturam acerbillissimi Domini: mater autem ex lupanari. Deinde pater nescio quid in rem publicanorum committens, cum tota domo venundatus esset: Me adolecentulum haud inficium orator quidam emit. Is moriens, mihi omnia reliquit. Ego tabulas ipsius exurens, Athenas concessi, ibique philosophatus sum: μέγας αἱ γὰρ ἰστίον, ἀπὸ μητρὸς ἔρχεται ἵνα. hoc est. Hujus me esse patris, generis me glorior hujus.

DEMOSTHENES aie Aechinis matrem, qui ipse Leucothoe nomen mutasset, appellatam fuisse Empulam, eo quod quaevis gratia quid vis, & faceret, & pareretur. Erasmi in adagio, Probro mutabilior.

LIBIDINOSUS. Nothi. De his simul sub loco Participationis.

Peregrinos. Hybridas vocant semiferos, metaphora a subibus, patre fero matre cicure satis, deducta, quod alterutro parente peregrino essent nati. Id quod C. Antonio, Ciceronis collega, in consultatu fuit obiectum. Plin. l. 8. c. 53.

CONJUGUM DEDECUS OB CONJUGES. De his sub loco Participationis.

DEDECUS CONSIDERATUM RESPECTU PERSONAE AGENTIS, hoc est, IGNOMIAM inferentis.

Titulo huic eadem, quae reliquis, exempla accommodari queant, si cum, qui Ignominiae auctor est, consideres, si ve persona publica sit, Rex, Princeps, Subditi: si ve privata, Pater, Conjugis, Dominus, item Probus sit, an Improbus: Prudens, Justus, an Stultus, & Injustus.

X 4 DEDE-



DEDECUS CONSIDERATUM MATERIALITER, ET PER SE, TANQUAM RES IGNOMINIOSA. Hujus loci est.

EXISTIMATIO, AUCTORITAS NULLA. Contempti Homines.

Ex Tit. Contemptus, exempla quaedam huc facere possunt. Illic Affectus ejus, qui contemnit, habetur ratio: hic Dedecoris, & Ignominie ejus, qui contemnitur.

Nobilitatis contemptus.

In Turcia levis, & infirma res est, quae vulgo perhibetur, Nobilitas. Nam cum de puellis quibusdam, quae liberaliore erant forma, scire vellem, ait Augerius Busequius in itinera, num quo essent genere: audiebam eas a summis ejus gentis fatras originem ducere: aut etiam regum esse genus: jam bubulco, aut opilioni desponsatas. Sic in regno Turcarum jacet nobilitas. Vidi item postea aliis locis Catacuzenorum, & Palalogorum, imperatorum generis reliquias, contemptis inter Turcas degentes, quem vixit olim Dionysius Corinthi.

Eruditionis contemptus.

Vide Titulum, Doctorum contemptus, Odium. MELERIGENES, qui postea Homerus didus fuit, Poetarum princeps, a Cumaniis eiecit fuit, cum ei publica alimenta dare negaret, quod cretus esset. Unde Homeri nomen habere cepit. Plut. & Herod.

Prudentiae contemptus.

Vide Titul. Bonis consiliis, qui non parvere, quatenus Impudentiae contemptus aliorum jungitur. Lacedaemonii improbi viri prudens consilium non prius susceperunt, quam auctore mutato. Gellius l. 18. c. 3. ex oratione Aeschini contra Timarchum.

Fortitudinis contemptus.

CASTRUCCIUS Castrucianus Pisanorum tyrannus victoria utendum ratus, victrices copias Florentiae moenibus admovit, suburbanas delicias in oculis hostium evastans, & pleraque aedificia incendens. In ea expeditione Aelius Vicecomes Castruccio a patre Galeacio auxilio missus, Florentinis muro spectantibus, ludos equestres in Arni insula edidit, proposito ad premium velotico purpurei coloris, ut reddito contumeliatone Florentinis illuderet, qui similes decuriones Mediolano obfesso, ante Comensem portam pascant ediderant. C. Jov. in vita Adu.

Iustitiae, Fidei. Nulla fides habita.

Vide inter affecta Affectus, Non credere. Cn. & Q. Servilii Cepionibus, iisdem parentibus natis, & per omnes honorum gradus ad summam amplitudinem provectis: item fratris Metellii Q. & L. consularibus, & censoriis, altero etiam triumphali, in Q. Pompejum Aufidium repetundarum reum dicentibus testimonium, non abrogata fides, absoluto Pompejo: sed ne potentia inimicum opprimeret videretur, occursum est. Val. Max. l. 8. c. 5.

Q. METELLUS Pius, L. Lucullus, Q. Hortensius, M. Lepidus, Cn. Corneliu majestatis reum, non modo testes onerantur, sed etiam salutem negantes illo incolum stare Rempublic. posse, depoposcerunt. Quae decora civitatis (pudet referre) umbone judiciali repulsa sunt. Val. Max. l. 8. c. 5.

M. AMILIUS SCADRUS, princeps senatus, C. Memmii repetundarum reum districto testimonio inf. cutus est. Item C. Flaviu eadem lege accusatum testis proscidit. C. Norbanum D majestatis crimine publice subiectum questioni, ex professio opprimere conatus est. Nec tamen auctoritate dono accepisse, plurimum pollebat, aut religione, de qua nemo dubitabat, quemquam illorum assurgere potuit. Idem.

L. CRASSUS, tantus apud iudices, quantus apud P. C. Amiliu Scadrus (namque eorum sufragia robustissimis, & felicissimis eloquentia stipendiis regebat: eratque sic fortis, ut ille curiae princeps) eum vehementissimum testimonii fulmen in M. Marcellum reum iniecit, impetu gravis, exitu vanus apparuit. Idem.

M. CICERO forensi militia summos honores, amplissimumque dignitatis locum adeptus, in iplis eloquentiae sagittis castris testis abiectus est, dum P. Clodium Romae apud se tuisse juravit: illo sacrilegium, & flagitium uno argumento absentiae tuente. Siquidem iudices Clodium inestis crimine, quam Ciceronem infamia perjurii liberare maluerunt. Idem, & Egnat. l. 8. c. 5.

DOMIT. Imper. conditionem Principum miseriam aiebat, quibus de conjuratione comperta non crederetur, nisi occisis. Suet.

Gentis contemptus.

Vide Tit. Odium peregrinorum. Muphtis, hoc est primus Patriarcha, vel summus Turcarum Pontifex, Osmanicorum hanc de Persis sententiam proferre solet, Gratius, & acceptus esse Deo, religionis Mahumetanae causa Persiam unum occidi, licet professione Mahumetanus sit: quam si quis 70. Christianos a Mahumetanis in religione profusos interficiat. H. Henning. in Gen. Turc. Imper.

HELGO Rex Danus apud Saxones ingenui, ac libertine nem pari summa rependendam constituit: omnes Teutonnes ex aequo servos judicans. Saxo Gram. Imperii.

Consule Tit. Inobedientia. MONUMENTA IGNOMINIOSA. Huc pertinent.

PARENTES, LIBERI, CONJUGES aliorum contumeliosus haberi.

Consule Tit. Crudelitates erga hostium uxores, amicos, Illic Crudelis ultio, hic ignominia ultioni juncta perpenditur.

URBS MOENIBUS NUDATA. Muri, Moenia diruta.

Ex Titul. Urbium captarum exempla quadam huc transferenda.

JOAS Israelitarum rex, cum Amasiam Judaeorum regem bello cepisset, Hierosolymam ingressus, partem muri diruit, ut victore curru invehere, omnesque regios, & sacros thesauros auferens Samaritanis reversus est. 2. Paral. 25.

VALENS Imp. Chalcedonem, quod in partibus Procopianis fuisse, nudari parte moenium, Constantinopolim spectante, iussit. Sig. lib. 7. Imp. occid.

HENRIC. VII. Imp. Britaniam urbem, Turrianis faventem, fame, ferro, flammis domuit. Sexaginta millia auroreorum nummum Caesari dependenter, & sexagintaque cives nobiliores obfides, qui Romam usque officii gratia regem prosequerentur. Caesar muros subruit, & ad solium aequari iussit: ac demolita porta, urbem post sextum dedicationis diem ingressus est. Cusp.

Anno 1564. cum edictum in Gallia firmatae pacis promulgatum esset, ne Rebelles in posterum facile resistere possent, variis in urbibus monumenta diruntur, Aurelius, Montalbani, Valentiae, aliisque nobilioribus urbibus maxime, gravissimo totius sane Regni incommodo, vastitateque. Aureliarum igitur urbs toti Regno opportunissima, & quidem extremi Regum Regni temporibus, tunc nimirum maxime, cum Car. VII. tempore, Anglis longae, laetique victorias, tota Normannia, Lutetiaeque ipsa Regni metropoli, circumfusisque regionibus occupatis, Regnoque passim hostibus varie perturbato, ipsa propè solae Aureliae Regi, Regnoque praesens periculum fuit. Intraurunt itaque urbis illis rebellibus lucluosa vestigia: Et Aurelius in pagi faciem turpiter desolatis, Arx ad portam, quae Lutetiam fert, exaedificata, urbi coercendae, perdomandaque, militum interea severo praesidio circumfusa. Pari odio in Montalbani saevium est, quod alacriter toto belli tempore contra Theolozarum impetum sese defendere.

DOMUS ALIORUM IGNOMINIOSA

Deiecta, exusta, everta, publicata.

Everso & exusto ad Paupertatis quoque locum pertinet, Hic conjuncta Ignominia habetur ratio.

LEUTYCHIDIS domus excisa fuit, quod dux in expeditione Pharsalica multum pecuniam per corruptelam dono accepisset, & in re prehensus esset, cum sederet in castris, utraque manu pecuniam tenens. In iudicium delatus est Sparta proligit, & Tegae obiit. Herod. lib. 6.

ASTYLI Crotoniatae cursoris domus in publici carceris usum conversa, ignominiae causa, & Crotoniatis: quod victor in stadio, Hieronis Dinomenis filii studio adductus, Syracusanum se renuncianum curasset. Pauf. l. 6.

Commune hoc fuit Romae iudicium in eos, qui regnum appetere dicerentur, sed eorum publicari, & everti. Sp. Meliregnum affectantis domus est complanata, Populo iudicante: & Aequimelum area dicta est, ipse a Servilio Hala, iussu, atque imperio L. Quintii Cincinnati Dictatoris, interfectus est. In Vacci pratis domus fuit M. Vacci, quae publicata, & everta est, quo facinus illius memoria, & nomine loci notaretur. M. Manlius, cum ab ascensu Capitolii, Gallorum impetum repulisset, ideoque Capitolinus, & a suis omnibus civibus Patronus appellatus, ac sacre donatus esset: non fuit contentus beneficii sui gloria. Cum primum suppressisse Gallicos thesauros argue-

ANIMALIA ALIORUM IGNOMINIOSA TRACTATA.

THOMAS Cantuariensis Episcopus velut hostis Henrici II. regis habitus, cepit sic vulgo contemni, ac in odio esse, ut cum venisset aliquando Stodum (qui vicus situs est ad Meduciam flumen) ejus loci accolar, ignominiae causa, caudam equi, cui infidebat, amputarint. Joun. Major. l. 3. de Gestis Scotorum, & Polidorus l. 13.

FRANCISCUS CARDUCCIUS, Florentis post eiectos Mediceos dictator (cum Carolus V. Imperator Mediceos ex sedere in patriam reduceret) sui erga Mediceos odii declarandi causa, amoenissimas, quae ornameto urbi erant, Mediceorum, & Jacobi Salviati villas intemperantis, & turbidae juventutis impetu, incendiis absumendas dedit: quoniam id non imperasse, sed dissimulanter delendas objecisse iateretur: scilicet, ut ex tam horribili, sedoque maleficio unquam veniam impetrari posse diffiderent, quando id velis promissuque juventutis, ad omnes ferè civitatis familias pertineret. Jovius l. 27. Hist.

STATUAE HONORIS CAUSA PRIUS Erectae, post per ignominiam Deiectae.

ASTYLI statua à Crotoniatis dejecta, quod in Hieronis Dinomenis filii gratiam, Syracusanum se renuncianum curavisset. Paufanias l. 6.

Nulli arbitror plures statuas dicatas, quam Phalereo Democrito Athenis: quibus per decem annos praesit. Siquidem 360. statuere: quas mox laeceraverunt, nondum anno hunc numerum athenum excedente. Plin. l. 34. c. 6. Plut. in Politico.

Atheniensis populus Demadis rhetoris statuas confavit in matulas. Plut. in praecipis Politico.

ALEXANDER MAGNUS, Persepolis capta, statuam ingentem Xerxis regis à turba contemplatus in regiam irruptionem impudentem everfam, sublitit, ac sicut spirantem compellans: Utrum te, inquit, ob illam Graecis bellum praetribus prostratum, an ob ceteram animi tui celsitudinem, & virtutem attollemus? Postremo, ut diti cogitabundus, & taciuis restitit, praeteregressus est. Plut. in Alexandro.

ANTIGONUS rex, occupatis Argis, tyrannorum Argivorum statuas deiectas reposuit: Illorum, qui ceperant duce Arato Acrocorinthum, erectas, praeter unam Arati evertit. De quibus, cum enixè deiecit Aratus, nihil obtinuit. Plut. in Arato.

L. PISO prodidit, M. Emilio, C. Popilio II. Cos. à censoribus P. Corn. Scip. M. Popilio, statuas circa forum eorum, qui magistratum gesserunt, sublatas omnes, praeter eas, quae populi, aut Senatus sententia statuae essent. Eam vero, quam apud aedem Telluris statuisset sibi Sp. Calpurnius, qui regnum affectaverat etiam constata à censoribus. Plin. l. 34. c. 6.

C. MARIO Gradiano statuas in omnibus vicis tribus Rom. erexere, easdemque subvertere L. Sylla introitu. Plin. l. 34. c. 6.

Cum debellaret M. Antonium Octavianus consul, collegam cooptavit filium Ciceronis: ejus in magistratu, Antonii statuas Senatus deiecit, omniaque abrogavit ejus alia ornamenta. Decevit insuper, ne quis ex Antoniorum gente Marcus nominaretur. Ita ad extremum ultio Antonii divinitus ad domum fuit Ciceronis reducta: quem ipse crudelissimum interficiendum curaverat. Plut. in Cicerone. Statuae ejusdem deiectae sunt, etiam Alexandriae. Cleopatrae, loco non motae. Imperavit amicus ejus Archibius à Caesare mille talentis, ne cum H. Antonianis convellerentur. Plut. in Antonio.

FAVORINUS Gallus philosophus statuam promeruerat: quae tamen Athenis, eo quod Imperator Adrianum odio habebat, disiecta est. Philostratus.

Passus est Pertinax Caesar omnes Commodi Imperatoris statuas Senatus decreto aboleri, nomenque ex omnibus publicis privatisque locis tolli permisit. Sab. l. 5. Euseb. 7.

LICINIUS Antiochia Maximinum tanquam tyrannum, publico decreto notavit, statuas, ac tabulas, quae illi, ac filiis ejus positae fuerant, sustulit. Sigon. l. 3. Imp. occid. Placilla Imperatricis sub Theodosio Magno statua ab Antiochenis ob impositum vestigal novum, dejecta. Caspianus A. D.

JULIUS II. Pontifex Bononiam à tyrannide Bentivolorum liberarat. At ubi Ludovicus XII. Gallorum rex Julium armis persequi cepit, Bentivoli per Trivultium Gallicum duces restituti statuam aeneam, Julio lib. ratori in fastigio templi maximi positam concitata plebe detraxerant, conspurcatamque sedifimum

argueretur, & ad dictos propria manu liberare: regni affectati A suspicione in carcerem conjectus, Populi consensu liberatus est. Sed rursus in eadem culpa, & gravis cum perseverasset, regnum appetisse judicatus, damnatus, & de saxo Tarpejo praecipitatus est. Ergo & domus ejus everta, duobusque locis convectita, vasa est quondam, in area aedes Monetæ erecta: bona publicata sunt, Genititas ejus, Manlii cognomine, juravit, ne quis postea Capitolinus vocaretur. M. Flaccus, qui cum C. Graccho contra salutem Reipubl. fecerat, & Senatus sententia interfectus, & ejus domus diruta, & publicata est: in qua porticum fecit aliquantò post. Q. Catulus de manubiis Cimbricis. Sed & macellum à Macello dictum est, ejus, quod illic esset antea, domus publicè fuerit diruta. P. Arodius ex M. Ferrone l. 4. de Lingua Latina: Cicerone pro domo sua: & Plinio, de Viris illustrib. & Plut.

P. CASSIO suis suspicio concupitae dominationis nocuit, quam tres magnifici consulatus, ac duo speciosissimi triumphus profuerunt. Senatus enim, populisque Romanis non contentus, capiti eum supplicio afficeret, interempto domum superpericit, ut penatum quoque frage puniretur: in solo autem aedem Telluris fecit. Itaque quod prius domicilium potentissimi viri fuerat, nunc religiose reverentis monimentum est. Val. Maximus l. 4. c. 4.

L. SYLLAE domus à C. Mario everta. Sab. ex Plut. CICERONIS domus à Clodio diruta, quod adversus se, de violatis Bonae deae sacris, testimonium dixisset. Plutarch. in Cicerone.

AUGUSTUS CAESAR Ovidii Pollionis crudelissimi hominis domum funditus evertit, atque in eo loco Liviae porticum aedificavit. Dion. Nicaeus in Augusto.

BOEMUNDI TRIPULI Veneti tyrannidem affectantis domus in macellum conversa. Egnatius l. 6. c. 8. Similiter quoque Marini Falerii domus diruta, ipso capite multato: quod deprehensus esset cum quibusdam plebeis conspirasse, ut ex duce, cujus potestas moderamine finita est, tyrannidem invaderet. Fulg. l. 6. c. 3. & Egnat. l. 3. c. 4.

Petri Craonis perduellionis aedem solo aequata Parisiis: quod & Ludovicus, Caroli VI. Francorum regis fratris, Mediolanensis ducis, occultos amores uxori detexisset, & postea magistrum equitum ex iniqua suspicione gravissimè vulnerasset. Amilius lib. 10.

C. CAROLI SAVOISIT domus ad D. Catharinæ in valle Scholarium Parisiis anno 1404. demolita, quod puer ejus equitans unum è studiosis luto aspersisset, ortoque tumultu inter cives, & studiosos, quidam sagittam in ipsum chorum D. Catharinæ, ubi Rector sacris solemnibus intererat, contorsit. Permissu videntem Academiae reedificari cepta post 112. an. Egid. Corvoctem in Antiq. Paris.

CAROLUS VI. Francorum rex, dum percontatus in Joanne Borbonie reginae viduae aedibus ad C. Marcellum propè conflagrasset, domum funditus demolendam curavit, ut locus regis fluctitiam lueret. Idem.

JULIUS II. Pontifex, Joannem Bentivolium, Bononienfium Principem, Bononia expulit, ope Gallorum adjutus. Domus ejus incomparabilis structurae, quam media in urbe aedificarat, ut abominandi dominatus memoria lateretur, concursu populi à fundamentis everta est. Jovius.

POLLUTA, FOEDATA STERCORE. Tarsensis quidam ventrem habens lubricum, noctu stercore odium Athenodori Stoici fodavit. Ille cum seditionem acriter in concione reprehenderet: Urbis (inquit) morbus, D & malus habitus, tum ex multis rebus, tum ex excrementis percipi potest. Strabo l. 14.

Insignita. Cornua bubula Veneta puellae probril loco affixa fuere ab Aloyfio Antonii Veneridi ducis Vencorum F. Indignante illo, quod ducis filium, plebei sanguinis puella sperneret. Egnat. l. 5. c. 8. & l. 6. c. 3. & Fulg. l. 5. c. 8.

Vide Aulterium, & Cornu.

VILLAE EVERSAE, PUBLICATAE.

Cum Romani Leonem IV. PP. cognovissent morbo lethali correptum, collecta manu, omnia praedia, quae idem Pontifex in singularium civitatum tenentis nuper construxerat, diripuerunt, immissoque igni cremarunt: hinc Romam properarunt, quae sibi erepta querebantur, violenter ablati. Amianus l. 4. c. 101. de Francis.